


Dispvatio Iuridica De Testamentis

Recusa, Witteberae, 1743

<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1866191179>

Druck Freier  Zugang





V.K. — 2 (105.)

1. Sch
2. Sch
3. Sch
4. Sch
5. Be
6. Be
7. Ca
8.
9. Ga
10. G
11. de
12. Gr
13. G
14. G
15. G
16. G
17. G
18. G
19. G
20. G
21. G
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28.
29.
30.
31.

1. Schwertner de matrimonio feminae imperantis cum marito subiecto
2. Schwoppe ad Vet. Vellejanum.
3. Schwendendorffer de privilegiis virginum
4. Schubert de iustitia transactionis testamenti tabulis non inspectis ob sublatam vicissimam hereditatem.
5. Buder de testamentis episcoporum Germaniae.
6. Buder de iure doctorum ad canonicatus
7. Casen de iure dotis marito in pactis dotalibus concessa portionem fratrum non excludente.
8. Casen singularia juris Anhaltini de rebus creditis et de processu executivo.
9. Gaster de prerogativa dierum et mensium in devolvendis hereditatibus
unsern Cagn ut dazull qd nobis sey.
10. Grosse de testamentis.
11. de Grothaus Statuta Studensia de anno 1279.
12. Gruppen non advocaten iunt Inm unobannus pacti Inm advocatas unid
Inm fastig, cum non Inm proconetiv.
13. Gruppen de amoni illecebris. Tribus carnibus Inm Charmiren.
14. Groening de praescriptione contra civitates.
15. Groning. de iure electionis regis Romanorum vivente imperatore.
16. Grollmann de epistola hominis ultima.
17. Grollmann de reavatione iuramenti judicialis.
18. Gribner de luitione fundi sub hasta venditi.
19. Gribner de hypothecis tacitis restituendis.
20. Gribner Centuria selectarum observationum fori ecclesiastici.
21. Graun de supervacua delictorum divisione in publica et privata, moribus nostris.
22. Graeff de iuribus praecipuis et singularibus jurisdictionis patrimonialis.
23. Petermann de testamentis impuberum.
24. Schumann de politico Europae systemate.
25. Hanacius de vasallo provido in causa domini directi dubia.
26. Schoepf de probatione descendente a primo acquirente feudi
27. Martini natus ex sponsa successione in feudo expers.
28. Boenhard de simul investitis feudum individuum possidentibus morte unius ad renovationem non adstrictis.
29. Rudloff Ursing non Inm Danabru ane hayswrligus Inm Nuiffcanuarguriff
30. Rudloff de pactis successione illustrium et nobilium Germaniae, specialim iis quae pacta confraternitatis appellantur.
31. Rudloff de consensu in alienationem feudi interposito, retractum non excludente.

32. Rudloff de confirmatione Caesarea iuris primogeniturae in fa-
miliis illustribus Germaniae imprimis in feudis imperii.
33. Idem petitione renovationis investiturae quodvis modo neglecta, fue-
rum amitti.
34. Idem de revisionis effectu suspensivo in causis ecclesiasticis re-
ligionis.
35. Idem. Umbra sine substantia Primus des Cammermeister bey
nimm Primus Gneisspit des Reichs.
36. Hoffmann de simul investitis feudum individuum iurisdictionibus,
norte unius ad renovationem non adfectis.
37. Hoffmann pro publicum quod in S. R. I. interregni magis tem-
poribus obtinuit.
38. Dietmar de teste in propria causa.
39. Hoffmann Stemma Babenbergico Austriae emendatum et il-
lustratum.
40. Hoffmann Acta et foedera Imperatorum Romi et Francorum re-
ges primae stirpis.
41. Hoffmann. L. V. F. Tertulliani quae supersunt omnia in non-
tamone scripta videri.
42. Hoffmann de patrimonio privato principis. (Chatoul Guder)
ejusque privilegii et iuribus.
43. Crell de ingenio Francorum orientalium poetico.
43. Simon de ingenio Francorum orientalium poetico.
44. Dietmar de iuribus et privilegiis civitatum imperii, in parte Augu-
stae Vindelicorum.

10.

DISPUTATIO IURIDICA
DE
TESTAMENTIS

Quam
PROSPERANTE DEO TRINVO

EX CONSENSU
MAGNIFICI ET AMPLISSIMI ICTORVM IN FLORENTISSIMA ET
CELEBERRIMA ACADEMIA WITTEBERGENSI ORDINIS

SUB PRAESIDIO

VIRI AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI ET
EXCELLENTISSIMI

D. N. HENNINGI Grossen


I. V. D. PROFESS. PVBL. CVRIAE ELECTORALIS ET
FACVLTATIS IURIDICAE, NEC NON IVDICII PROVINCIALIS
IN INFERIORI LVSATIA ADSESSORIS GRAVISSIMI
DOMINI PRABCEPTORIS ET PROMOTORIS SVI AETER-
NO HONORIS ET OBSERVANTIAE CVLTV
PROSEQVENDI

PLACIDAE DISQVISITIONI PVBLICE PROPONIT
FRIDERICVS CRA CAEVS
GVBENA - LVSATVS

*Habendam ad diem 28. Martii, cIo Ioc XXXII. in Auditorio Ictorum
horis a 7. Matutinis.*



WITTEBERAE RECUSA 1743





IN NOMINE DOMINI
NOSTRI IESV CHRISTI.

P R O O E M I V M.

Solent Præfationes sive Pro-
œmia libentius nos ad
lectionem propositæ ma-
teriæ perducere, & cum eo ven-
tum est evidentiozem ejus intelle-
ctum præstare l. facturus l. ff. de
a 2 Orig.

Orig. Iur. Quapropter & mei fuisset officii, nobilissimam hanc Testamentorum materiam, verbis, quibus digna existimatur, commendare & exornare: Verum enim vero cum ejus tum jucunditatem tum utilitatem, quæ & me movit, ut placidæ & amicabili disputationi, & publicæ ventilationi eam subicerem, quotidiana rerum omnium magistra Experientia satis superque edoceat, & nemo sit, qui ejusdem usum non videat incomparabilem, (Omnia enim judicia & actiones descendunt vel ex causis inter vi-

VOS

vos contractis, quæ aut rerum sunt,
 aut contractuum, aut personarum,
 vel ex ultimis morientium volun-
 tatibus & successioneibus Wesemb.
 w. de Testam. & qui Testam. fac.
 poss.) Idcirco, cum & alias secundum
 tritum illud & vulgare veri verbum
 Vino vendibili suspensa hedera o-
 pus non sit, & commendatione non
 egeat, quod ipsum se ostendit arg.
 pr. l. i. ff. de in integr. restit. relectis
 verborum an fractibus, brevissima,
 qua fieri potuit, methodo ad ipsam
 Testamentorum explicationem me
 accingo.

THESIS I.

Testamentum, ut ab Etymologia Exordium sumam, Oldendorpio *pr. class. 5.* dicitur quasi testatio manens, quod nimirum ultima, testatio maneat clausa & sine effectu usque ad mortem testatoris; Derivant deinde Alii aliunde. Verum retinendam hic puto deductionem illam, quasi dicatur Testamentum a mentis contestatione, maxime quia huic adstipulatur ipse Imperator *pr. I. de Testam. ordinand.* cum inquit: Testamentum ex eo appellatur, quod sit testatio mentis, quem etiam secutus est Theophilus *pr. eod. tit.* Estque hæc sententia a DD. communiter recepta, ut testatur Johan. Dauth. *in prolegom. de Testam. n. 9.*

II.

Est autem Testamentum voluntatis nostræ justa sententia, de eo quod quis post mortem suam fieri velit *l. 1. ff. qui testam. fac. poss.* Vel secundum Ulpianum *in fragm. tit. 21.* Testamentum est mentis nostræ justa contestatio in id solenniter facta, ut post mortem nostram valeat.

III.

Vox sententiæ in hac definitione genus est, quæ cuiusque rei deliberatæ voluntatem continet, & re-
ctum iudicium appellatur. *Aristot. Ethic. Nicomach. cap. 4. in fin.* Quemadmodum enim sensa a sensu accepta
dici-

dicimus: Sic consuetudo invaluit, ut quod quisque animo sensit, & deliberate constituit, sententia vocetur. Differentiæ loco ponitur, **JUSTA SENTENTIA**, id est legitima hoc est solenniter secundum Juris normam confecta Dauth. *de Testam.* n. 12.

IV.

Tria olim fuisse testamentorum genera videre est ex *§. 1. I. de Testam. ordin.* Unum quod calatis comitiis h. e. centuriatim convocato populo conficiebant, eoque in pace & otio utebantur; Alterum fiebat in procinctu, cum in prælium essent exituri, præsentibus vocatis aliquod viris seu commilitonibus: Tertium fiebat per æs & libram per imaginariam quandam venditionem. Sed hæc antiquata jamdudum in desuetudinem abire, remanentibus aliquot solennitatum vestigiis. Nobis hodie aliud est solenne, aliud minus solenne.

V.

Solenne Testamentum est, quod præter directam hæredis institutionem formam a legibus præscriptam observat, & huic proprie Definitio Modestini in *l. 1. ff. de testam.* convenit. Minus solenne est, cui defunt aliquot solennitates, jure civili requisitiæ, utpote militis, ad pias causas, & quod parentes inter liberos condunt *l. 1. ff. de injust. rupt. testam. l. hac consultis.*
sima

*ſima 21. C. de Teſtam. quibus annumerari poſſunt Teſta-
mentum ruſtici, & quod tempore peſtis factum eſt.*

VI.

Solenniter Teſtandi Ratio iterum duplex eſt:
Una per ſcripturam ſive in ſcriptis, Altera per nun-
cupationem ſive ſine ſcriptis. Unde Teſtamentum
aliud dicitur ſcriptum, aliud Nuncupativum.

VII.

Nuncupativum eſt, quod fit voce viva coram
ſeptem ad id rogatis teſtibus, animo & corpore præ-
ſentibus, & exaudientibus vocem teſtatoris volunta-
tem ſuam eis patefacientis & heredem expreſſe inſti-
tuentis *ſ. ult. l. de Teſtam. ordinand, l. in Teſtamentis 26.
C. de Teſtam.*

VIII.

Scriptum eſt, quod Teſtator ſecundum teno-
rem & modum a lege præſcriptum, uno contextu
h. e. actu alieno non interveniente, eodem que tempo-
re, adhibitis & rogatis ſpecialiter ſeptem teſtibus, cum
ſubſcriptione eorum & ſignaculorum appoſitione, in
ſcriptis conficit *tot. tit. l. de Teſtam. ordinand, l. hac con-
ſultiſſima 21. de Teſtam.*

IX.

Materia Teſtamentorum, ex qua ſive cauſa ef-
ficiens eſt ipſe Teſtator ſive voluntas teſtatoris, eaque
natu-

naturaliter & civiliter ad Testamenti factionem apta & habilis. Ad omnem enim hominis actum duo requiruntur principia Voluntas & potestas, horum altero deficiente nihil agitur. *l. multum 6. C. Si quis alteri vel sibi.*

X.

Materia in qua sunt Tabulae, Chartae, membranae & omnis materia, in qua scriptio fieri potest, & nihil interest, utram ex hisce eligat Testator, dummodo rite facit testamentum, secundum normam juris. *§. nihil interest Inst. de Testam. ordinand.*

XI.

Formalia sive Forma Testamentorum sunt ipsae solennitates, ut nimirum 1. Claris, propriis, perspicuis & integris verbis scribatur vel pronuncietur *l. 21. C. de Testam.* 2. Ut certa sit heredis institutio, quae caput & fundamentum est totius testamenti *§. ante 34. l. de Legat.* vel Exheredatio exprimat, alias Testamentum erit nullum Forma enim dat esse rei. 3. Scribatur & consignetur non tantum a septem testibus sed etiam a testatore, vel ab alio ejus nomine, praesente tamen ipso testatore coram septem testibus propter solennitatem ad id rogatis. *d. l. 21. & l. jubemus 29. C. de Testam.*

b

XII. Quia

XII.

Quia hic & supra dictum est, quod in omni testamento requirantur testes, non abs re fore censeo, si videamus obiter, qui testes esse & adhiberi possunt.

XIII.

Testes in testamento possunt esse omnes omnino homines, exceptis iis, qui specialiter per leges testari vetuntur, & quidem 1. Testes non possunt esse Fœmina *l. qui testando 20. §. mulier 6. ff. de Testam. in codicillis tamen tanquam testis admittitur Schneidew. I. de Codicill. n. 37.* 2. Heres Scriptus; Nemo enim in propria causa testis est idoneus *l. omnibus 10. C. de Testibus §. sed neque heres 10. I. de Testam. ordinand.* 3. Impubes *§. testes 6. I. b. t.* 4. Furiosus. 5. Prodigus. 6. Mutus. 7. Surdus. 8. omnes denique ut modo dicebatur, quos leges jubent improbos intestabilesque esse *d. §. Testes 6. I. de Testam. ordinand.*

XIV.

Effectus sive Finis Testamentorum est, ut voluntas sive dispositio Testatoris viribus subsistat, & rata ac firma maneat post mortem ejus, ut patet ex definitione *l. 1. ff. de Testam. it. l. 1. C. de SS. Eccles.* Causam hujus juris eleganter explicat Oldendorpius *pr. clas. 5. act.* ubi inquit: Testamentum est Typus & figura immortalitatis: Quando anima & voluntas immor-

mortalis, non debet quoad bona cum corpore extingui. Nihil igitur jucundius, quam ut voluntas regnet in bonis corpore extincto. Et *Petr. Gregor. 41. Synt. l. n. 1.* Tanta est, inquit immortalis animæ in corpore mortali dignitas, ut post corporis interitum pro roget imperium, & reliquias cogitationum relinquat. Item *Lipsius in præfat. lib. 6. de cruce ait*: Solatium fati est, voluntas ultra fatum. Eapropter merito ea voluntas tanquam lex aliqua conservatur & executionem habet instar legum paratam, & prohibitio testatoris est similis prohibitioni legis *l. final. C. de reb. alien. non alienand.* quod tamen verum est, quando legi non adversatur. Nemo enim potest in testamento suo cavere, ne leges in illo locum habeant, *l. Nemo potest 55. ff. de Legat. 1.*

XV.

Incidenter hic quæri potest, quia crebra fit Mortis mentio, An etiam ejus appellatione veniat mors Civilis? quod nego, sed tantummodo de morte naturali, qua anima a corpore divellitur, illud accipiendum statuo, motus hac jûris ratione. Quia civiliter mortuis h. e. qui passi sunt mediam & Maximam capitæ diminutionem, adimitur jus Civitatis, in quo inest jus testandi, quod in tantum verum deprehenditur, ut etiam Testamentum, quod ante fecerunt, ipso jure ad nihilum recidat & irritum fiat. *l. ejus qui 8. ff. de Testam. l. si quis 6. §. irritum 5. ff. de injust. rupt. & irrit. facti testam.*

b 2

XVI. His

XVI.

His ita explicatis videbimus quibus hæc testandi potestas competat, & quibus non: Est autem hæc testandi facultas duplex, Activa Una, Altera passiva: Et quidem passivam testamenti factionem habere dicuntur, qui ex testamento aliquid capere possunt. *l. Filiusfamilias 16. ff. de Testam.* Activam qui non tantum ex testamento capere, sed etiam ipsi testamentum condere & in illo pro arbitrio & libitu disponere. Possunt vel illi quibus permissum est, *Pr. Inst. quib. non est permiss. fac. testam.*

XVII.

Permissum non est: Primo ratione conditionis personæ illis, qui non sunt cives Romani *pr. l. 1. ff. ad L. Falcid.* utpote Servis *l. 16. ff. de Testam.* Captivis ut servis hostium. *pr. l. 8. ff. eod.* Quorum tamen testamentum ante captivitatem factum valet, si captus revertatur, & quidem jure postliminii *§. ult. l. quib. non est permiss. fac. testam.* Obsidibus i. e. qui publice fidei firmandæ causa nobis ab hostibus dati sunt, nisi eis specialiter permittatur *l. 11. ff. eod.* Filiisfamilias adhuc in sacris paternis constitutis *pr. l. Quib. non est permiss. l. Quib. ff. de Testam.* quod adeo verum est, ut nec filii familias sui Juris effecti, testamentum, antea sub potestate factum, corroboraretur: Quod n. ab initio non valet, non potest tractu temporis convalescere *l. 29. ff. de R. l. Recte tamen de Castrensibus vel quasi castrensibus bonis testari queunt §. ult. l. de Testam. Milit. l. ult. de Inoffic. Testam.*

XVIII.

XVIII.

An autem de adventitiis bonis, quorum solida proprietas ipsis data est, & in quibus patri usufructus non acquiritur, testari possint, varie disputatur. Nobis negativa arridet opinio per *l. Nemo ii. C. Qui testam. fac. poss.* ne consentiente quidem patre, Ex libera enim testantis voluntate procedere debet testamentum nec ex alieno arbitrio pendere *l. ista 32. ff. de hered. instit.* hac ratione autem penderet a nutu parentis: Deinde etiam publici juris testamenti factio est *l. 3. ff. de Testam.* Quod vero publici juris est non potest concedi alicui a persona privata. Denique quia *L. 12. tab. de patribusfam.* tantum loquitur. Videatur de hac quaestione *Donellus 6. Comment. 5. Henonius disp. 7. §. 3. p. 160. Schneidew. I. Quibus non est permiff. pr. n. ii. Arumæus Exercit. 7. §. 6. p. 819. Paulus Berens disp. 6. §. 2. quaest. 5. p. 126.*

XIX.

Secundo ob Animi corporisve vitium testari non possunt. Furiosi qui non habent dilucida intervalla *l. 2. ff. eod. l. 2. & l. Furiosum 9. C. eod.* Prodigii, quibus bonis interdictum est *ff. item. 2. I. Quib. non est permiff.* Surdi & Muci *l. 6. ff. de Testam.* nisi a principe id impetraverint *l. Si mutus 7. ff. eod.* Caecos quod attinet, illis olim indistincte; Hodie vero secundum observationem *l. hac consultissima 8. C. eod.* testandi facultas competit. Reliquos autem mentis compotes aegros & valetudinarios recte testari posse ex *l. Senium. 3. C.*

b 3

eod.

eod. expeditum est, Impubes quoque ob defectum iudicii testari nequit.

XX.

Tertio ratione delicti vel pœnæ adempta est hæc potestas Deportatis. Bannitis, capitali pœna olim damnatis. Contrarium tamen tanquam æquius de consuetudine hodie receptum esse testatur Julius Clarus *ff. Testamentum quæst. 21. n. 1.* Committentibus crimen læsæ majestatis, item illis, qui incestis se polluerunt nuptiis. *l. Si quis 6. juncta authent. seq. C. de Incest. Nupt. Damnatis ob carmen famosum l. si cui 18 ff. de Testam. pr. l. 21. ff. de Testib.* Et qui de statu suo dubitant. *l. 15. ff. de Testam.* In genere denique omnibus qui maximam & mediam passi sunt capitis diminutionem, ex ratione *supra th. 15.* adducta.

XXI.

Ad autem Relegati ob delictum aliquot testamentum condere possint, quæstionis est? Affirmo ex *l. 8. ff. 3. ff. de Testam.* & quia jus civitatis & bona retinent *l. publicorum 2. ff. de public. Judic.* Jam vero indubitati juris est, eos, qui habent propria bona & jus Civitatis & non sunt sub potestate, nec specialiter prohibentur, optimo jure posse facere testamentum

XXII.

Dictum est hætenus de majoribus ultimis voluntatibus, quæ testamenta dicuntur perfecta. Videamus

mus nunc de minoribus ultimis voluntatibus, quæ Codicilli sive imperfecta testamenta appellantur. Suntque Jure perfectum testamentum coram quinque testibus in scriptis vel viva voce factum, quibus directo hæreditas nec dari nec adimi potest.

XXIII.

Dicitur autem Codicillus a Codice per diminutionem, Codex rursus a caudice sive contextu tabularum, quæ cera ad scribendum aptabantur, Inde Codex & Codicillus verba sunt, quæ retinemus, tamen si loco tabularum commodior usus chartæ nunc successerit, Estque vocabulum πολύσιμον: Accipitur enim alias pro diplomate seu literis principalibus *l. administrantes 41. pr. ff. de Excusat. Tut.* Alias pro parvis literis ad amicū scriptis; Sulpitius ad Ciceronem: Puer Acidini mihi obviam venit cum codicillis: Hic pro ultima, imperfecta tamen sumuntur voluntate. Ceterum qua ratione Codicilli cæperint declarat ipse Imperator *pr. l. de codicill.* Ante Augusti tempora, inquit, constat jus codicillorum in usu non fuisse; Sed primus Lucius Lentulus (ex cujus persona etiam fidei commissæ esse cæperunt) Codicillos introduxit &c.

XXIV.

Codicillorum usus multiplex est. Nam i. Si quis impeditur de facto, justam sententiam in testamento solenni relinquere, is ab intestato describit obiter,

ter, cui de bonis suis aliquid voluerit restitui per codicillum unum aut etiam plures *§. fin. I. de Codicillis*, 2. Si quis oblitus fuerit alicujus rei in testamento non scriptæ, & per oblivionem aliquid præterire noluerit, is potest vel ante vel post testamentum factum codicillum scribere, Paulus *pr. l. conficiuntur 8. ff. de Jure Codicill. Schneidew. I. b. t. n. 14. 15. & seqq.* 3. Minorem quam testamentum, imo nullam propemodum solennitatem exigunt, nam numerus septem testium, descriptio heredis manu testatoris vel testium, sigilla & subscriptiones remittuntur. *§. fin. I. eod. l. Divi 6. §. 1. ff. de jur. Codicill.* Ad probationem tamen eorundem quinque testium numerus requiritur. *l. fin. §. ult. C. eod. Schneidew. I. b. t. n. 33.*

XXV.

Hujusmodi codicilli testamenti vim habent. *l. 3. §. fin. ff. eod.* & toties valent & perducuntur ad exitum, quoties quis testamentum quoque facere potest *l. conficiuntur 8. §. 2. eod.* Immo licet imperfectum sit testamentum, tamen clausula codicillari, veluti si non valet ut testamentum, valeat ut Codicillus, vel ut quæ libet ultima voluntas, omni meliori modo sustinetur. *l. si miles 3. ff. de Testam. milit. l. ult. §. 1. C. de Codicillis.*

XXVI.

Nunc quia satis liquet ex prædictis, quæ requirantur ut testamenta valeant, ut dicantur justa & perfecta, paucis deliniabimus, quomodo iterum infirmantur & rumpantur; Nihil enim sub sole adeo firmum est, quod non possit rumpi *c. nuptias 3. Nov. 22. Per-*
testa-

fecta tamen & firma manet tamdiu, donec vel ab ipso testatore mutentur vel tollantur, vel alias infirmantur. Nam quia ambulatoria est hominis voluntas usque ad extremum vitæ exitum. *l. quod si 4. ff. de Adimend. Legat.* Ideo prius testamentum potest tollere testator posteriore rite facto, Et quia nihil tam naturale, est quam ut unumquodque eo genere solvatur quo colligatum est, itaque testamentum consensu & voluntate Testatoris confectum, ejusdem dissensu merito etiam tollitur, cum scil. ut modo dictum, rite h. e. solenniter & legitime fiat, alias nuda voluntate testatoris non perimitur §. *ex eo autem 7. I. Quib. mod. Testam. infirm.* Utrumque etiam interdum potest subsistere, si in posteriore heres ex re certa instituatur, & priores tabulæ valere jubeantur §. *3. I. eod. l. si quis 29. ff. ad SCrum Trebell.* Aliquando etiam revocatur prius perfectum per posterius imperfectum si in priore instituti sint extranei, in posteriori ab intestato venientes, dummodo quinque testes fuerint adhibiti. *l. hac consultissima. 25. circa f. c. de testam. Treutlerus volum. 2. disput. 10. de Testam. th. 7. Julius Clarus §. Testamentum quæst. 97.*

XXVII.

Infirmatur Testamentum vel IPso IVRE vel per OFFICIUM IUDICIS. IPso IVRE cum Rumpitur vel irritum fit. Rumpitur agnatione sui heredis vel posthumi *l. 1. 2. 3. ff. de injust. rupt. & irrit. fact. Testam. §. 2. I. Quib. mod. testam. infirm.* Irritum fit qualibet capitis diminutione testatoris §. *alio. 4. I. eod.* vel si hæreditas ex testamento non fuerit adita *d. l. 1. ff. eod.* quod & desertum sive destitutum appellatur, quia ab non factum

c

factum

factam ab herede aditionem, viribus & effectu destituitur. *§. quantitas 2. in fin. l. de L. Falcid.* Totum autem Testamentum, semel infirmatum, corrumpitur, nec legata dabentur, sed ab intestato succeditur, ac si nullum factum fuisset. *l. Filio. 17. ff. de injust. rupt. testam. pr. l. de hered. quæ ab intestat.*

XXVIII.

Reconvalescit autem interdum & Redintegratur, si testator antea capitis diminutionem passus, mortis tempore civis Romanus & suæ potestatis fuerit, & voluntatem suam facto aliquo declararit *§. non tamen 6. l. Quib. mod. testam. infirm.* Deinde etiam si ruptum est Testamentum natiuitate liberorum, redintegratur si ante patrem testatorem mortui fuerint, ita ut ex eo succedatur *l. posthumus 12. ff. de injust. rupt. Testam.* neque enim vires & effectum habuit ante mortem testatoris. *Wesembec. w. eod. tit. n. 7. Schneidew. pr. l. Quib. mod. testam. infirm. n. 10.*

XXIX.

An Autem Testamentum natiuitate posthumi, per ignorantiam præteriti ruptum sustineatur virtute clausulæ codicillaris quæritur? Verior nobis videtur Negativa; Non enim præsumitur testatorem voluisse alienam sobolem propriæ antepone. *l. generaliter 6. v. cum autem C. de Institut. & Substit.* Deinde etiam quia Donatio inter vivos est potentior & firmitior, quæ duorum voluntate nititur quam fideicommissum, quod ex sola testatoris voluntate pendet *l. Cum virum 16. C. de Fideicommiss.* Attamen illa propter

pter supervenientiam liberorum revocatur. *l. si unquam 8. C. de Revocand. Donatio.* Ergo multo magis fideicommissum.

XXX.

OFFICIO JUDICIS infirmatur Testamentum mediante querela inofficiosi, quando enim testamentum non est irritum, nec ruptum nec per se invalidum tunc per querelam inofficiosi evacuatur. Est autem remedium extraordinarium, quia datur tantum in subsidium aliis ordinariis mediis deficientibus. §. Tam autem 2. *I. de inoff. Testam.* quo liberis, parentibus, nonnunquam etiam fratribus vel sororibus inique exheredatis vel præteritis contra testamentum inofficium succurritur & testamentum subvertitur *pr. & §. 1. I. eod. l. 1. & 3. ff. eod.*

XXXI.

Testamentum inofficiosum est, quod contra pietatis officium confectum est *l. Hoc colore 2. ff. eod.* cum parentes & liberi sibi ipsis invicem debeant officium & pietatem *l. 1. ff. de obsequiis a liber. & liberz. præstand.*

XXXII.

Datur hæc querela inofficiosi PRIMO liberis utriusque sexus *l. 1. & 5. ff. de Inoffic. Testam.* sive sint naturales & legitimi simul, sive legitimi tantum hoc est ab ascendens adoptati §. 2. *I. eod. l. Papinianus 8. §. si quis 15. ff. eod.* non raro naturalibus tantum, nisi contra testamentum matris aut avi materni *l. si suspecta §. 1.*

§. 1. ff. eod. Adversus patris vero testamentum plane non admittuntur, quia pater eorum semper est incertus, & ideo necessario matrem sequi coguntur l. 23. & 24. ff. de Statu Homin.

XXXIII.

SECUNDO datur parentibus utriusque sexus cum exheredantur a liberis sive in potestate sive extra eam constitutis §. non autem i. l. de inoff. Testam l. 15. ff. eod. modo ab intestato fuissent successuri l. Pater. 14. ff. eod. & bona liberorum non sint castrensia vel quasi.

XXXIV.

TERTIO denique datur fratribus & sororibus consanguineis, si turpes personæ sint institutæ §. 1. l. eod. l. Fratris 21. C. eod. Uterinis vero & aliis ultra fratres, cognatis non datur pr. l. 27. C. eod. An etiam Testamentum fratris in quo Spurius est institutus querela inofficiosi possit rescindi? Resp. quod non. Quia Spurius non est persona turpis & infamis Arumæus Exercit. 11. 8. 9. p. 905. Bronchorst. Miscell. quæst. Cent. 1. assert. 22. Infamia enim & turpitude ex propriis actionibus proficiscitur l. cognitionum 5. §. 1. ff. de Variis & extraord. cognition. Et delicta suos debent tenere autores, hic autem nihil admisit l. Sancimus 22. C. de Pænis: Deinde non debet calamitas parentum damnum inferre liberis pr. l. de Ingenuis l. Crimen. 26. ff. de Pænis. Denique ad dignitates admittuntur, l. Spurii 6. ff. de Decurion. jam vero si essent infames & turpes personæ dignitatum portæ eis vix paterent l. neque 2. C. de dignitat.

XXXV.

Omnis vero qui inofficiosi querelam intentat, & succumbit legatum ex eo testam. capere nequit, sed id fisco cedit

cedit. *l. Papinianus 8. §. meminisse 14. ff. de inoffic. testam. Gail. lib. 2. Observ. 113. n. 6. nisi ex officii necessitate id fecerit §. si tutor 4. l. de inoff. Testam.* Illud quoque notandum hic venit, quod olim liberis incumberebat onus probandi, quod immerentes & inique præteriti vel exheredati essent *l. non est 4. & l. nam & hic 5. ff. eod.* Hodie vero præsumuntur grati & institutione digni, nisi scriptus heres probaverit causas ingratitude *l. omnimodo 30. C. eod.* Antiquitus etiam valebat exheredatio liberorum nominatim facta, etiam si non adiceretur causa exheredationis *pr. l. de Exhered. liber. v. nominatim*: Hodie vero oportet causam exheredationis specialiter in testamento exprimere *Novell. 115. pr. c. 3.*

XXXVI.

Sed quia heredis institutio est basis & fundamentum totius testamenti *§. in primis 2. l. de fideicommiss. heredit. §. ante heredis 34. l. de Legat. operæ precium fore existimo, paucula de illa attingere.* Est itaque heredis institutio successoris a testatore facta designatio, & in omni testamento requiritur *l. 1. §. fin. ff. de vulg. & pupillar. Subst.* Heres autem est, qui succedit in universum jus, quod defunctus habuit. *l. nihil, est 24. ff. de V. S. l. Hereditas 62. ff. de R. I.*

XXXVII.

Heres est vel Necessarius, vel Suus & Necessarius, vel Extraneus *pr. l. de hered. qualit. & differ.* Necessarius, est Servus a Domino suo institutus, qui nolens volens cogitur heres esse *§. 1. l. eod. l. lege ff. Qui testam. fac. poss.* Suus heres est qui in potestate defuncti tempore mortis proximiori gradu constitutus, he-

reditatem paternam ipso jure sibi quasi debitam capit, & non fit, sed existit heres, hereditatem non adit, sed hereditati se immiscet §. *Sui autem 3. l. de hered. qualit. & differ. §. Sui autem 3. l. de heredit. quæ ab intest. defer.* Hodie vero de jure Prætorio illis conceditur beneficium abstinendi, si forte damnosa aut onerosa illis visa fuerit hereditas d. §. *Sui autem 21. de hered. qualit. & differ.* Extraneus est, quem testator pro arbitrio elegit & instituit vel ex cognatis, vel plane consanguinitate eum non attingentibus, & horum liberæ voluntati committitur, an velint adire vel repudiare hereditatem sibi oblatam §. *Extraneis 5. l. eod. iisdem quoque deliberandi tempus annum conceditur. l. ult. §. i. C. de jur. deliber.*

XXXVIII.

Habent insuper heredes beneficium inventarii, de cujus confectione, requisitis & effectibus extat d. l. *ult. C. eod.* Semel autem adiens hereditatem vel ei se immiscens sine beneficio inventarii, creditoribus & legatariis tenetur in solidum, adeo ut ne Falcidiam quidem nec Filius legitimam retineat vel deducat d. l. *final.* Sin §. *vero 12. c. eod. §. Extraneis l. de hered. qualit. & differ.*

XXXIX.

Institutio vero incertæ personæ non valet per rationem datam ab Ulpiano *in fragm. tit. qui hered instituer. poss.* Quia certum debet esse consilium testatoris & nihil æque in testamentis requiritur, ac mentis integritas l. *in eo 2. ff. qui testam. fac. poss.* De mentis autem esset bona magno labore quæsitæ incertæ personæ relinquere, Sequitur ergo incertam personam institui non posse: Ethic cum Bono Deo Colophonem impono.

Corol.

Corollaria.

I. Testamenti factio: An sit Juris Civilis vel Gentium?
prius Aff.

II. An Testamentum principi oblatum testibus & aliis
solemnitatibus indigeat? Neg.

III. An Tempus conficiendi inventarii ex die delatæ an
vero ex die aditæ hereditatis currere incipiat? prius Aff.

IV. An per Procuratorem hereditas possit Adiri. Neg.

Sic est! Juridicas didicisse fideliter artes
Doctrina ex ornat juvenes facit eximiosque
Qui legum nodos Themidosque ænigmata solvunt,
Hi non immerito jugi celebrantur honore.
Ipse fidem dictis facto facis, optime Amice,
Doctus es, unde potes quævis persolvere falsa
Hinc etiam ingentem laudem meruisse videris
Ingentis cum sit genii hæeres; Fortiter insta
Sic tibi fortunæ sic virtus semper abundet.
Tam dulce est sacri lustrasse abscondita Juris.

*Amoris sinceri ergo celeri
calamo hæc adposuit*

Johannes Dalichow.

Ad


Ad Præstantissimum Dn. Respon-
dentem.


*N*æ virtutis opus, mentisque character honestæ
Qui certum studium, multis ex millibus unum,
Eligit, invigilet cui toto tempore vitæ,
Hoc CRACAEÆ facis dum pulpita scandere gaudes,
Et duros Juris nodos dissolvere tentas
Ut justum tuto multis post dicere possit.
Perge ita, sis constans; mox docta laboris alumna
Conferet ARS VIRTUSQVE tibi sic præmia digna.
Maçte bonis studiis perge, hinc tibi gloria surget,
Gloria non illis unquam moritura diebus.


In veræ amicitiae signum
f.


Johannes Haveland,
Brand. March. L. L. St.


F I N I S











Ad Præstantissimum Dn. Respon-
dentem.

*virtutis opus, mentisque character honestæ
certum studium, multis ex millibus unum,
vigilet cui toto tempore vitæ,
AEE facis dum pulpita scandere gaudes,
nodos dissolvere tentas
multis post dicere possit.
ans; mox docta laboris alumna
Confer TVSQVE tibi sic præmia digna.
Maeste bo re, hinc tibi gloria surget,
Gloria non moritura diebus.*

veræ amicitia signum
f.
nes Haveland,
March, L. L. St.

F I S

